



BOLETÍN ECLESIÁSTICO  
DEL  
OBISPADO DE SALAMANCA

---

**SUMARIO**

---

- I. Edicto anunciando un beneficio vacante en la Catedral de Salamanca.—II. *Resoluciones*: de la Sagrada Congregación de Indulgencias, sobre erección y agregación de nuevas congregaciones religiosas. De la S. R. Univ. Inquis.: *a*) para que se renueve secreto la ordenación del Diácono, á quien el Obispo *certo caput phisice non tetigit*; *b*) sobre la intención para recibir las imposiciones de manos en el Presbiterado. De la de Ritos: *a*) confírmase la sentencia por la qué se da preferencia en las procesiones á la Tercera Orden de San Francisco sobre las Sacramentales; *b*) se resuelven varias dudas sobre genuflexiones ante el Santísimo; *c*) acerca de la recitación de letanías.—III. Circular de la Secretaría de Cámara anunciando la Visita Pastoral.—IV. Crónica diocesana.—V. Aviso sobre ornamentos regalados por la Congregación de Hijas de María de Madrid.
- 

**NOS D. FR. TOMÁS CÁMARA Y CASTRO,**

DE LA ORDEN DE SAN AGUSTÍN, POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA OBISPO DE SALAMANCA, MAESTRO EN SAGRADA TEÓLOGÍA, DEL CONSEJO DE SU MAJESTAD, ACADÉMICO CORRESPONDIENTE DE LA ESPAÑOLA Y DE LAS DE LA HISTORIA Y BELLAS ARTES DE SAN FERNANDO, ETC., ETC.

Hacemos saber: Que por fallecimiento de D. Pedro María López, último poseedor, se halla vacante en nuestra Santa Basílica Catedral un Beneficio, cuya provisión Nos

corresponde en turno, previa oposición, en la forma dispuesta por el Real Decreto concordado de 6 de Diciembre de 1888. El que obtenga este Beneficio, además de las obligaciones comunes á todos los Beneficiados, levantará, como principal, la de auxiliar al Sr. Canónigo Penitenciario, oyendo confesiones en los tiempos siguientes: 1.<sup>º</sup> Todos los días, antes del coro de la mañana, por espacio de una hora en los de trabajo, y de dos en los festivos y días de cuaresma. 2.<sup>º</sup> Durante el coro de la tarde, y aun después del mismo si quedasen penitentes, en las vísperas de los días festivos. 3.<sup>º</sup> Siempre que hubiera concurrencia de aquéllos con motivo de fiestas especiales. Será asimismo obligación de este Beneficiado el asistir á las Conferencias Morales del Clero de la ciudad á las órdenes del presidente, y el exigir, según la norma que le diéremos, el cumplimiento de cuanto está mandado á todo el Clero diocesano en lo relativo á las mismas Conferencias.

Los ejercicios de oposición serán por escrito, y consistirán: 1.<sup>º</sup> En traducir al castellano un punto del Catecismo de San Pío V, haciendo á continuación la explanación doctrinal del mismo. 2.<sup>º</sup> En contestar á cuatro cuestiones de teología moral. 3.<sup>º</sup> En resolver un caso práctico de conciencia.

Por tanto, citamos á todos los señores Sacerdotes, y á los que se hallen en disposición de ser promovidos *intra annum* al Presbiterado, y no pase su edad de los cuarenta años, que deseen hacer oposición al mencionado Beneficio, para que desde esta fecha al diez y nueve de Mayo próximo presenten en nuestra Secretaría de Cámara la solicitud correspondiente, la cual, si los aspirantes fuesen extradiocesanos, vendrá acompañada de los títulos de órdenes y otros que posean, de las testimoniales autorizadas y de la licencia de su respectivo Ordinario. Terminado el

plazo señalado, designaremos los días en que tendrán lugar los ejercicios de oposición, sin necesidad de nueva convocatoria, y, de la propuesta en terna que Nos sea presentada, elegiremos el que juzgáremos más idóneo y útil al servicio de la Iglesia. La dotación del elegido será la de mil quinientas pesetas anuales, que percibirá en el término y forma que el Gobierno pague las asignaciones del personal de esta Santa Iglesia.

Dado en Salamanca á 19 de Abril de 1898.

† FR. TOMÁS, Obispo de Salamanca.

Por mandado de S. E. I., el Obispo mi Señor,

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,  
Maestrescuela-Secretario.

Edicto convocando á oposición para un Beneficio en la Santa Basílica Catedral de Salamanca, con término de «treinta días», que concluye en 19 de Mayo.

---

## SAGRADA CONGREGACIÓN DE INDULGENCIAS

---

### DECRETUM URBIS ET ORBIS

#### ERECCIÓN Y AGREGACIÓN DE NUEVAS CONGREGACIONES RELIGIOSAS

Cum hisce temporibus paene innumerae exortae sint in Ecclesia piae Uniones seu Societates, quae etsi quandoque Confraternitatum nomine decorentur, nihilominus inter veras et proprie dictas Confraternitates minime sint recentes; merito dubitatum est, an leges, quae a Constitutione Clementis VIII, quae incipit: *Quaecumque, pro Confraternitatibus et Congregationibus jussae sunt, novis istis*

piis Unionibus seu Societatibus forent applicandae. Quæstio insuper mota est pro nonnullis Confraternitatibus ad Regulares Ordines pertinentibus quoad consensum Ordinariorum, cum illæ in Ecclesiis eorumdem Regularium Ordinum eriguntur. Quare huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositæ, sequentia dubia dirimenda sunt exhibita:

I. *An Piae Uniones seu Societas, quae sub Confraternitatum et Congregationum nomine minime veniunt, comprehendantur sub sanctionibus Constitutionis Clementis VIII, quae incipit Quaecumque?*

II. *Ad ad erectionem Confraternitatum, puta Sanctissimæ Trinitatis, Sanctissimi Rosarii, B. M. V. de Monte Carmelo, vel a Virgine Perdolente, aliarumve hujusmodi, quae a Religiosis Ordinibus in suis respectivis Ecclesiis eriguntur, necessarius sit Ordinarii consensus?*

Et Emi. Patres in Vaticanis Aedibus in generali Congregatione coadunati sub die 5 Augusti 1897 ad proposita dubia responderunt:

Ad I. Affirmative, quoad erectionem seu institutionem, quoad approbationem statutorum, quoad aggregationem et quoad publicationem Indulgentiarum.

Ad II. Si agatur de Confraternitatibus proprie dictis, id est ad modum organici corporis et cum sacco constitutis. Affirmative: si de Confraternitatibus late acceptis, satis prævissum per consensum praestitum ab Ordinario pro erectione Conventus Ordinis in Dioecesi.

De quibus omnibus facta SSMo. Dno. Nostro Leonii PP. XIII relatione, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 25 Augusti 1897, Sanctitas Sua resolutiones Eminentissimorum Patrum approbavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. C. die 25 Aug.

1897.—FR. HIERONYMUS MARIA, CARD. GOTTI, *Praefectus.*  
—L. † S.—† A. ARCHIEPISC. ANTINOEN., *Secretarius.*

---

## E S. R. UNIV. INQUISITIONE

### I

**Iteretur secreto Ordinatio Diaconi, in qua Epus certo caput ordinandi, physice non tetigit.**

*Beatissime Patre:*

N. N. ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit quod duobus abhinc annis, ad recipiendum Diaconatus Ordinem fuit admissus. Nunc autem circa hanc ordinationem dubiis premitur. Optime enim meminit quod Epus, dum manus imponeret, ipsum physice non tetigit: de hoc aliquamdiu turbatus exstitit; sed putans tactum physicum non esse essentiale, ad sacerdotium, se promoveri indulxit. Jam vero quum nuper audierit, ex impositione manuum sine contactu corporali peracta, dubiam evadere ordinationem, iterum timore pressus, postulat utrum sua ordinatio ad Diaconatum, debeat sub conditione iterari.

*Fer. IV, 26 Januarii 1898*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Emis. ac Kmisi. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. ac RRmi. DDni. responderi mandarunt:

Detur Decretum Fer. IV 2 Januarii 1875; scilicet iteratur sub conditione Ordinatio Diaconatus, quae iteratio

fieri potest a quocumque catholico Episcopo secreto, quo-  
cumque anni tempore etiam in sacello privato, facto ver-  
bo cum Smo.

Feria vero VI, die 28 ejusdem mensis et anni, in solita  
Audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his  
omnibus relatione SS. D. N. Leoni PP. XIII, idem SS. Do-  
minus resolutionem EE. ac RR. Patrum confirmavit ac fa-  
cultates omnes necessarias et oportunas impertiri digna-  
tus est.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. I. Not.

II

**Ordinandus recepit primam et secundam impositionem manum  
cum intentione neutra, quam affirmativam effecit ante ma-  
num consecrationem: acquiescat.**

*Beatissime Patre:*

N. N. ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit se  
sacrum recepisse presbyteratus ordinem cum sequenti in-  
tentione: quum enim dubitaret utrum ad presbyteratum  
idoneus esset necne, ex una parte volebat excludere inten-  
tionem recipiendi characterem, ex altera vero illam po-  
nere volebat. Tandem ita sibimet dixit: pono illam inten-  
tionem, quam in decursu ordinationis pro certa statuam.  
Ita dubitans, primam et secundam manum impositionem  
recepit; et tunc solum, intentionem recipiendi sacerdotium  
efformavit, quum ad manuum consecrationem per ventum  
est. Nunc autem, conscientia pressus, postulat utrum va-  
lida sit ordinatio sic recepta.

*Fer. IV, 26 Januarii 1898*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ha-

bita ab EEmmis. et RRmmis. DD. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus proposito suprascripto dubio, praehabitoque voto RR. DD. Consultorum, responderi mandarunt:

*Acquiescat.*

Feria vero VI, die 28 ejusdem mensis et anni, in solita Andientia R. P. D. Adsessori impertita, facta de his omnibus relatione SS. D. N. Leoni PP. XIII, idem SS. Dnus. resolutiorem EEmorum. PP. adprobavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. I. Not.

---

## SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

---

I

### Baren.

Confirmatur sententia tribuens Sodalitati Tertii Ord. S. Francisci praecedentiam in processionibus, super confeat. a SS. Sacramento.

Per rescriptum Sacrorum Rituum Congregationis datum die 27 Martii, hoc labente anno, confirmata fuit sententia Archiepiscopi Barensis in controversia de praecedentia inter Confraternitatem SSmi. Sacramenti et Sodalitium Tertii Ordinis S. Francisci in oppido *Triggiano* nuncupato. Quin vero praedicta Confraternitas novam postulasset atque obtinuissest revisionem et examen praedictae sententiae, eadem Sacra Congregatio in altero conventu ordinario Rotali, subsignata die, ad Vaticanum habita coram Emo. et Rmo. Cardinali Dno. Lucido M. Parochi Episcopo Portuensi et S. Rufinae, loco et vice Emi. et Emi. Car. Dni. Cajetani Aloisi Masella causæ Ponentis, iterum maturò examine perpensis omnibus ab utraque parte conten-

dente deductis ac sententia supradicta una cum Rescripto eam confirmante, ad propositum dubium, *An sit standum in decisis vel recedendum a decisis?* Respondendum censuit: *Standum in decisis, et praecedentiam in casu spectare ad Tertium Ordinem.*

Adque ita rescriptsit et servari mandavit.

Die 30 Novembris 1897.—C. CARD. MAZZELLA, *Ep.*  
*Praenestinus S. R. C. Praef.*—D. PANICI, *Secret.*

## II

### Parisien.

Varia Solvuntur dubia quoad genuflexiones coram  
SS. Sacramento, etc.

R. D. Augustinus Dauby, Sacerdos et Moderator pii Instituti a Sancto Nicolao nuncupati, in Civitate Parisiensi, de consensu sui Rmi. Ordinarii, sequentium Dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime expectavit, nimirum:

I. Quoad genuflexiones faciendas a ministro Missae privatae, quae justa de caussa et prævia licentia celebretur in Altari expositionis SSmi. Sacramenti, quaeritur:

1. Minister, qui transfert missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii et genuflectit in plano ante medium Altaris, debetne etiam genuflectere in accessu ad cornu Altaris et recessu?

2. Quando idem minister ad offertorium et purificatiōnem ascendit ad Altare et descendit, ubinam genuflectere debet?

II. Rubricæ Missalis ad titulum *Ritus servandus in celebratione Missae V, n. 6*, praescribunt: «*Si in Altari fuerit tabernaculum SSmi. Sacramenti, accepto thuribulo, antequam incipiat incensationem, genuflectit, quod item facit quo-*

*tiescumque transit ante medium altaris»; quaeritur: Utrum etiam in Missa privata debeat Sacerdos genuflectere:*

1. Quando defectu ministri, ipse transfert Missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii, et vicissim?

2. Quando in Majori Hebdomada transit a cornu Epistolae ad cornu Evangelii ad legendam Passionem?

III. Rituale Romanum in tit. *Ordo ministrandi Sacram Communionem*, haec habet: «*Sacerdos reversus ad altare dicere poterit: O sacrum convivium, etc., v. Domine exaudi, etc., Et clamor, etc. Dominus vobiscum, etc.*»; quaeritur:

1. Utrum istae preces convenienter dicantur, junctis manibus antequam cooperiatur pyxis et digitis abluantur?

2. Utrum Sacerdos duas genuflexiones facere debeat, unam statim ac depositus pyxidem super Altari et antequam eam cooperiat; alteram priusquam, reposita in tabernaculo pyxide, ipsius tabernaculi ostiolum claudat?

IV. Juxta Caeremoniale Episcoporum, ad benedictionem impertiendam cum SSmo. Sacramento ipse celebrans accipit ostensorium super Altari positum; sed receptum est, ut Diaconus accipiat ostensorium et porrigit celebranti, qui post benedictionem Diacono tradit super Altari collocandum, quaeritur: Utrum liceat in hac dupli ostensorii traditione ritum servare, qui praescribitur pro feria V in Coena Domini et in festo SS. Corporis Christi ante et post processionem SSmi. Sacramenti?

V. Licetne aliquid canere lingua vernacula:

1. In Missa solemnni dum sacra Comunio distribuitur per notabile tempus?

2. In solemnni processione SSmi. Sacramenti, alternatim cum hymnis liturgicis?

VI. Juxta Caeremoniale Episcoporum in solemnni Officio ad nonam Lectionem et in Laudibus Hebdomadarius et Assistentes pluviali sunt induiti, quaeritur:

1. Utrum idem fieri possit a principio Matutini?
2. Utrum lectori septimae Lectionis Evangelii homiliae duo acolythi cum cereis accensis assistere possint, durante lectione Evangelii?

Et Sacra Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Quoad primam quaestionem: Unicam genuflexionem esse faciendam in plano ante medium Altaris; quoad alteram quaestionem: Tam ante ascensionem ad Altare, quam post descensionem de eodem in plano genuflexionem esse faciendam.

Ad II. Negative ad utrumque.

Ad III. Quoad primam partem: Negative et preces dicendae sunt infra ablutionem et extersionem digitorum. Quoad alteram partem: Affirmative justa Decretum *in Romana d. d. 23 Decembris 1862*, et praxim Basilicarum Urbis.

Ad IV. Aut servatur ritus a Caeremoniali Episcoporum, lib. II, cap. XXXII, § 27 praescriptus, aut, justa proxim Romanam, Diaconus ostensorium celebranti tradere vel ab eodem recipere potest, utroque stante.

Ad V. Negative ad utrumque.

Ad VI. Si non adsit legitima consuetudo, Negative et servetur Caeremoniale Episcoporum, lib. II, cap. VI, § 16.

Atque ita rescripsit. Die 14 Januarii 1898.—C. CARD. MAZZELLA, *Ep. Praenestinus S. R. C. Praef.*—D. PANICI, *Secret.*



## E SACRA CONGREGATIONE RITUUM

### DUBIA

#### Circa recitationem Litaniarum

Praeter tres Litanias pro usu publico in universali Ecclesia approbatas, h. e., Litanias Sanctorum, Litanias B. M. V., et Litanias Ssmi Nominis Jesu, peculiares quaedam Litaniae habentur ex. gr. de Sacratissimo Jesu Corde, Purissimo Corde B. M. V., aliaeque ab uno vel altero Rmo Ordinario pro usu tantum privato approbatae, quae idecirco neque in Breviario neque in Rituali Romano continentur.

Quaeritur 1. Num ejusmodi peculiares Litaniae ita strictim prohibeantur, ut Monialibus sive religiosis Institutis non liceat illas privatim canere vel recitare ad instar precum orarium?

2. Et quatenus *negative*, num iisdem religiosis Familii illas liceat canere vel recitare communiter in Choro, aut respectivo Oratorio?

3. Item quaeritur num peculiares ejusmodi Litanias liceat Fidelibus in publica Ecclesia sive privatim sive communiter cantare, vel recitare ad modum quarumcumque precum?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infra scripti Secretarii, omnibus in casu perpensis, ita rescribendum censuit, videlicet:

Ad I. *Negative*, h. e., ita strictim non sunt prohibitae, ut singulis privatim eas non liceat cantare, vel recitare.

Ad II. *Affirmative*, h. e. ita strictim prohibentur, ut

communitor in Choro publico, vel publico Oratorio illas Litanias cantare vel recitare minime liceat.

Ad III. Ad I. parte h. e., privatim, *Affirmative*: ad II. partem h. e., communiter, *Negative*.

Atque ita rescripsit, et servari mandavit.

Die 11 Februarii 1898.—C. CARD. MAZZELLA, *Ep.*  
*Praenestinus S. R. C. Praef.*—L. † S.—D. PANICI, *Secret.*

---

## SECRETARÍA DE CÁMARA

---

### Circular

El Rmo. Prelado diocesano se propone girar la Santa Pastoral Visita, principiándola en la primera quincena del próximo Mayo, por los arciprestazgos de Peñaranda y Valdevilloria. La Visita alcanzará, tal vez, al arciprestazgo de Vaidejimena ó á parte del de Peña de Francia.

Oportunamente se avisará á los Sres. Párrocos, del día en que el Sr. Obispo hará la Visita en sus respectivas parroquias, y el itinerario de aquélla. Entre tanto, irán disponiendo á sus feligreses en la forma que lo han hecho en análogas ocasiones.

Salamanca 15 de Abril de 1898.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,

*Secretario.*

---

## CRÓNICA DIOCESANA

---

### SALAMANCA

*En el convento de San Esteban.*—Con el sermón de la buena muerte, ante un nutrido concurso de fieles que llenaba

el grandioso templo de Religiosos Dominicos, inauguró el Rmo. Prelado los ejercicios cuaresmales.

*En la Catedral.* — El mismo Rmo. Prelado ocupó la sagrada cátedra en las cuatro últimas dominicas de cuaresma, exponiendo las enseñanzas del Evangelio y adoctrinando á sus amados hijos en las prácticas de la virtud. En el último sermón patentizó el estado moral y religioso de nuestra población y señaló los remedios oportunos para su próspero bienestar.

*En la Real Capilla de San Marcos.* — La piedad de las señoras de Salamanca se puso, una vez más, de relieve con motivo de los ejercicios espirituales, que les dieran los Padres Beraza y Aznárez, de la Compañía de Jesús.

Terminados estos ejercicios, comenzaron los de caballeros y socios del Círculo Obrero. La palabra apostólica de los hijos de San Ignacio no cayó en tierra estéril. Con la gracia del Señor produjo los frutos hermosos que se admiraron en la solemnisima comunión del día de San José, coronación y remate de los Santos Ejercicios. Con la devota atención de los que forman las clases elevadas de nuestra ciudad, contrastaba el edificante ejemplo de compostura y piedad de los hijos del trabajo, escuchando las eternas y salvadoras verdades de nuestra religión.

*Amor y celo.* — En los ejercicios dados á los acogidos en los establecimientos de Beneficencia, en el Santo Hospital y á los infelices reclusos en la cárcel han prodigado los Padres de la Compañía de Jesús el amor y el celo que les anima por la salvación de las almas. Religiosos de este preclaro Instituto han preparado también convenientemente á los militares de la guarnición de esta capital para el cumplimiento pascual.

*Aún hay fe en Israel.* — A los que blasfoman de indiferentismo religioso, á las almas tibias y dignas de lástima, les

hubiéramos llevado de buen grado á los templos de Salamanca, para que advirtieran, contra lo que ellos creen, que, por la misericordia de Dios, aún arde viva en los pechos de los salmantinos la llama de la fe: y que, gracias á las plegarias de los buenos cristianos, el Señor nos mira propicio y no nos abandona. Los ejercicios de la orden de Penitencia, los devotos *Viacrucis* en las parroquias é iglesia de los PP. Carmelitas, los solemnes novenarios á la Virgen de los Dolores, son prueba brillante de que en Salamanca están en mayoría las almas piadosas, las de sentimientos honrados y altamente cristianos.

## EN LOS PUEBLOS DE LA DIÓCESIS

### SANTAS MISIONES

Con gusto reproduciríamos todas las cartas en que los Párrocos, que han experimentado el consuelo de que sus feligreses recibieran el inestimable beneficio de las Misiones, nos dan cuenta minuciosa del edificante ejemplo de religiosidad que han presenciado y de los frutos de bendición obtenidos. Nos limitaremos, en esta ligera crónica, á indicar los pueblos, que en la Cuaresma que acaba de pasar, han tenido Santas Misiones.

*En Pinedas.*—Diéronlas los PP. Redentoristas Zacarías y Vadillo.

*En Cantalapiedra.*—El 7 de Febrero terminaron las Misiones que dieron los PP. Conde y Santos de la Compañía de Jesús. El Ayuntamiento de esta villa hizo constar en acta especial, de qué remitió copia al Rmo. Prelado, la más profunda gratitud por el beneficio recibido con la Santa Misión.

*En Monleras.*—Desde Cantalapiedra se dirigieron los PP. Jesuitas antes nombrados á misionar en la parroquia

de Monleras, una de las más piadosas y sanas del Obispado.


*Sando.*—En 1.<sup>º</sup> de Marzo comenzaron la Misión en esta parroquia los PP. Redentoristas Zacarías y Vadillo.

*Sequeros.*—Desde el 6 al 13 de Marzo duró la Misión que en esta parroquia dieron los PP. Santos y Conde. Este último tuvo una serie de conferencias científicas para hombres solos.

*Herguijuela de la Sierra.*—Terminó el Domingo de Ramos la misión dada en este pueblo por los PP. Zacarías e Izarra, Redentoristas. Es de sentir que alguna oveja descarriada no entrara en el redil de salvación á pesar de los esfuerzos y fervorosos llamamientos de los infatigables misioneros.

*En otros pueblos.*—El Rmo. Prelado, en sus deseos de proporcionar á sus amados diocesanos pasto saludable y abundante, no ha escatimado sacrificio, disponiendo de varios sacerdotes profesores y alumnos del Colegio de Calatrava, que á ello se prestaron animosos, para satisfacer las necesidades más apremiantes en parroquias de numerosa feligresía, auxiliando á sus párocos en el período del cumplimiento pascual y funciones de la Semana Santa.

Como nota general que á todas las parroquias mencionadas alcanza, hemos de señalar, aparte del número altamente consolador de comuniones recibidas, las atenciones de las autoridades para con los misioneros, el ejemplo de religiosidad y cultura dado por ellas en primer término, secundando el celo de los respetables párocos, que no han omitido trabajo en esta obra de santificación de los pueblos. Nuestro parabién á todos y singularmente á los apóstoles del Señor y evangelizadores pacíficos de la fe santa y las virtudes que hacen felices y venturosas á las almas.



Ornamentos donados por la Congregación de Hijas de María de Madrid, establecida en el Colegio del Sagrado Corazón de Jesús, calle del Caballero de Gracia, á las parroquias siguientes:

Villaseco de los Gamitos, capa blanca.

Villagonzalo, id.

El Pino, id.

Tornadizos, id.

Trabanca, capa negra.

Villanueva de los Pavones, id.

Pedrosillo de Alba, id.

Larrodrigo, id.

Nava de Sotroval, id.

El Tornadizo, id.

Chagarcía, capa morada.

Pitiega, casulla morada.

Doñinos de Salamanca, id.

Torresmenudas, id.

Canillas de Arriba, casulla blanca.

Turra (anejo de Pedrosillo de Alba), casulla negra.

Valverdón, id.

Herguijuela de la sierpe, id.

Cabezabellosa, un alba.

Los Sres. Sacerdotes encargados de las parroquias agraciadas se servirán, por sí ó persona autorizada, pasar á recoger los ornamentos que les han correspondido, en las oficinas de la Secretaría de Cámara.